

- urnam vini, de illa quantitate vini quod habuerit et perceperit dicto anno de vineis suis tempore vindemiarum. ¶ Et si questio aliqua erit inter cives et habitatores Tergesti vel aliam personam coram dominio Tergesti nomine et occasione retentus aliquius decime, quod de tali questione audiat et cognosci debeat et fiat ratio petenti et ius habenti de decima predicta per dominium Tergesti.

Cap. LXII. Rubrica de solucione missarum fienda.

- 10 **I**tem ordinamus quod persona fatiens missas celebrari pro animabus defuncte vel defunctorum, tam occasione alicuius legati vel ordinamenti vel alicuius alterius devocionis, solvat et solvere debeat par. septem pro qualibet missa.¹⁾

¹⁾ Il verso del foglio 241 è bianco, così pure l'intero foglio seguente.